



**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

De Sanctorum Festiuitatibus Anni totius, & aliis solemnitatibus - Opvs
Novvum, Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue] Scriptoribus
plenißimum, cum occurentium fidei controuersiam tractatione Editio
Qvinta. Nvnc Demvm Integre Svppletæ, Concionibvs Per Octauam Vener.
Sacramenti ...

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1629

In Festo S. Andreæ Apostoli.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56262](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56262)

loquijs prudentiam, actionum omni in loco integritatem, viri omnibus in statibus honestatem, animi in disputationibus pro veritatis defensione generositatem, deniq; insignem in tolerando anno ætatis 18. martyrio patientiam.

Tu autem beatissima virgo Catharina, sanctorum puellarum decus, martyrum gloria, prudentium Virginum miraculum, puritatis imago, honestatis symbolum, virtutis exemplum, scientiarum throne, magnanimorum speculum, sapientium stupor, Philosophorum magistra, studiosorum norma, Alexandria ornamentum, vniuersi decus, & Ecclesie spectaculum. Tu Regis filia in terra, Regis Regum in caelo sponsa, puella genere & sanguine nobilis, sed virgine & bonis operibus nobilior: tu o fidelis fidei nostræ testis, religionis propugnatrix, Euangelij tutela, idolorum aduersaria, memento nostri, Vniuersitatibus esto propitia, tuos in collegia omnia influxus immitte, scientiæ & artes vt efflorescant præsta, studiosos tui studiosos honoribus auge, qui te velut vnicam caramque patronam reuerentur, & infinitas tibi quotidie benedictiones ac laudes offerunt, omnes pro viribus, suis in studijs, ac summa contentione tuam diligentiam studentes imitari, & in vitæ ratione tuas acquirere virtutes, atque inde pertingere, vbi tu modo regnas in gloria, ad quam nos Pater, Filius, ac gloriosus Spiritus S. perducere dignetur.

Amen.

§(o)§



INFESTO S. ANDREÆ APOSTOLI.

Partitio.

1. De vocatione Diuina eiusq; in peccatore operatione.
2. De eius duplici diuisione.
3. De S. Andree singulari prerogatiua.
4. De eius ab aquis vocatione.
5. De crucifigione, & constantia in pœnis subeundis.

Ambulans Iesus iuxta mare Galilee vidit duos fratres, &c. Matth. 4.

FIGVRA.

Quemadmodum olim in veteri lege, vti Exod. 1. Exodi initio legere est, Deus ter maximus ex Ægypti aquis paruulū Moysen a matre expositum eduxit, vt eum deinde suum apud Reges legatum, in tribus Israeliticis vicariū, de ceterorum suorum legislatorem, & vniuersæ Synagogæ principem constitueret: sic hodie in optabili legis gratiæ tempore omnipotens eiusdem Dei filius, sed in hoc mundo incarnatus; ab aquis maris Tiberiadis, non minori miraculo piscatorem humilem, Andream nomine educit, eum vt deinde ad summum honorem euchar, verbi sui prædicatorem, mysteriorum suorum interpretem, Euangelij doctorem, passionis testem, deniq; de Ecclesie Principib; vnum constituit. Hæc porro vocatio admirabilis est, cuius vt mirabilia singula commemorem, oculos ad caelos Deumq; conuertamus, vt inde subsidium deuocemus, simul ac Deiparam matrem obtestemur, suas vt ne denegat suppetias; hanc obrem cum Angelo eam omnes salutemus, dicentes,

A VE MARIA.

Certissimum, atq; exploratissimum est, & Amorem Dei experientia quotidiana notissimum, Dei erga hominibus humanum amorem in omnibus semines celebrat.

per.

inuentus. per rebus mirifice eluxisse, quin & sensibili
nobis. quadam ratione creaturis etiam sensus ex-
pertibus cognoscendum se & perspicendum
in finitis in rebus præbuisse. Si inuentus ter-
rarum orbis hae super te interrogaretur, &
suum dicere testimonium compelleretur, vt
quod vere sentiret, aperte fateretur; nulla in
orbe creatura, qualis qualis ea demum fuerit,
modo vel esse habeat, futura est, quin libere
confessura, & pro creatore testatura sit, illius
in homines affectum & extremum ac sum-
mum esse: & nulla non admirando & singu-
lari quodam cum stupore exclamatura sit,
Psal. 8. *Quid est homo, quod memor es eius, aut filius ho-
minis, quoniam visitas eum, tot in eum effu-
sis benedictionibus & gratiarum affluentia?
cur tanti eum facis? tanto eum affectu pro-
sequeris?*

Vocatio Dei magni amoris in-
dicium. Fatendum nihilominus ad agnoscendum,
in vna vocatione diuina amore hunc potif-
simum elucere, Deumq; homines ad se vo-
cando, a que mundi turbis & occupationibus
seuocando, quo suo eos dedit eultui & ob-
sequio, incredibilem in hoc dilectionem &
amorem patefacere, cui similis nullus vnquam
existit. Hunc per Prophetas suos Deus ipse
saepenumero repraesentat, quin etiam
Hierem. 7. queribundus & expostulans, *Locutus sum in-
quit, ad eos mane surgens, & loquens, & non
audistis me.*

Hierem. 7. 11. 25. 35. Exaggerans hoc ipsum: Apostolorum ma-
ximus Petrus, sic loquitur, *Deus autem omni-
gratia, qui vocauit nos in aeternam suam gloriam
in Christo Iesu quasi diceret, Magnus ille ani-
marum nostrarum creator Deus & infinitam
bonitatem suam, & ineffabilem amorem tum
manifeste, & eminenti quadam ratione nobis
patefecit, quando filij sui Iesu Christi in carna-
tione & in mundum hunc descensu nos vo-
cauit, vt regni caelestis haereditatem adire-
mus, & gloriam aeternam capesseremus. Eo
vero amor est maior & eminentior, quod eos
vocet, qui vocari prorsus indigni sunt. Tes-
tatur hoc ipse mer de se in Euangelio dicens,
Matth. 9. *Non veni vocare iustos, sed peccatores.* Exemplum
vero sententiae huius sit, quod publicanum a
telonio, latronem a cruce, Paulum denique
a credentium persecutione & minis ad sui se-
quelam euocauerit.*

Matth. 9. Hunc Dei in hominum vocatione amo-
rem egregie & ad oculum repraesentat pra-
clara illa & singularis parabola Matthaei 20. *Matth. 20.*
in qua cordatus quidam ac prouidus pater-
familias summo mane strato se corripens
exijt conducturus operarios, eosq; in vine-
am suam missurus; & diuersis quidem horis
exijt, tertia, sexta, nona & vndecima. Para-
bolae huius sensus indicat, qua Deus erga Ec-
clesiam suam sollicitudine afficiatur, & quo
electos & praedestinos, velut sedulus qui-
dam pater, amore prosequatur, magna eos
cura & anxietate ad obsequium suum euo-
cans & conducing, hos scilicet summo ma-
ne, & iam inde a mundi exordio, vt Patriar-
chas; illos hora tertia, sicut Prophetas; alios
hora sexta ac nona, vt Legis peritos ac Sacer-
dotes Mosaicos; alios deniq; circa vesperam
& hora vndecima, Apostolos inquam, &
haec patrisfamilias cura extremum creatoris
erga creaturas suas affectum dilectionemq;
manifestat.

Quin & alio sub aenigmatate idem Dei a-
mor & sollicitudo in Euangelio repraesenta-
tur. Matth. namq; cap. 22. dicitur homo Rex
nuptias filio suo instituisse, & emisisse seruos
vt vocarent inuitatos ad nuptias: viso ergo
neminem inuitatorum ac denuo per seruos
vocatorum venire velle, seruis ait; *Ita ergo Insignis
in exitu viarum, & quoscumque inueneritis, vo-
cate ad nuptias.* Eminentem profecto & inau-
ditum rex ille amorem simul & affectus ex-
nos, si a
cessum patefecit, ad tantum dum euehit Deo voce-
honorem (qualis est ad epulum regale voca-
tur. ri) homines viatores, nihil minus quam de-
nuptijs cogitantes, claudos adhuc, caecos,
& pauperes; penitus hac re indignos, & qui
numquam vel spe huiusmodi sibi beatitudi-
nem vel somniando promiserant. Potens il-
le Regum Rex longe maiorem patefecit a-
morem, quando homines, qui non nisi pe-
grini & viatores hoc in mundo sunt, ad
se vocat, & omnigenis sceleribus infames
ad regias beatitudinis caelestis nuptias in-
uitat.

Duo hac in parabola diligentius notanda
occurrunt: Primum, vocatos omnes & inui-
tatos adesse noluisse; vt hinc euidenter con-
stet, non omnes per baptismum, fidem, di-
uinas

uinas inspirationes, vota monastica ad salutem vocatos, salutis compotes fore: iuxta illam Redemptoris hic sententiam, *Multi sunt vocati, pauci vero electi*. Alterum, neminem ad nuptias inuocatum, qui non ante fuerit inuocatus; vt nostram hinc discamus à diuina vocatione salutem deperdere, *Non enim volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei Salus* quippe nostra non tam à nostra voluntate, quam à Dei ad eandem nos vocantis misericordia dependet. Hanc autem propositionem ac doctrinam Redemptor ipse in Euangelio confirmat dicens: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum* i.e. salutem nemo audire posset, nisi Pater æternus suum auxilium adderet, cooperaretur, ac misericordiam præstaret.

Cæterum sicut hæc diuina vocatio infiniti cuiusdam amoris est testimonium, ita & primus effectus, & æternæ exordium prædestinationis. Testatur hoc ad Romanos scribens Apostolus, *Quos prædestinauit, hos & vocauit*. In quæ verba Angelicus Doctor Thomas sic commentatur, *Primum, in quo incipit impleri diuina prædestinatio, est vocatio hominis; hic est primus effectus diuinae prædestinationis, qui ex Dei gratia, & misericordia procedit*.

Docet hoc ipsum idem Apostolus cap. mox sequenti, *Non ex operibus, sed ex vocante dictum est* id est, non propter bona opera, sed ex puro beneplacito & sola voluntate vocantis. Hac de re pluribus & quidem eleganter agit magnus Augustinus, ac præsertim quæst. 2. ad Simplicianum. Atque vt prædestinatio alium habet exordium, longeq; petum, nempe ab æterno & ante omnia sæcula, sic & vocatio; vt hinc constet eam præcedere ac priorem esse hominum meritis. Sic enim de ea loquuntur Prophetæ, ac præsertim Isaias, apud quem legere est, *Audite insula, & attendite populi de longe, Dominus ab utero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei*. Sunt hæc Redemptoris Iesu verba, & sub insularum illarum lóginquarum nomine Ecclesias ex omnibus terræ nationib. etiam remotissimis collectas alloquitur. Longe sane petita & antiqua illa est vocatio, quæ iam inde à matrice & vtero sit materno; inolit^o ille

est amor, & affectus inueteratus, qui iam tum, antequam essemus, esse coepit. Vnde & per eundem Prophetam alio loco simili in re loquitur Deus, *Et tu Israel serue meus, Iacob Isnia 41. quem elegi, semen Abraham amici mei, in quo apprehendite, & ab extremis terra, & à longinquis eius vocauit te*. Per illas autem distantias, extremitates, interualla, elongationes, mundi exordia intelligenda sunt, vitæ initia, sæculorum æternitates.

Huc item facit, quod eodem capite legimus. Deus namque apud populos & nationes externas de potentia sua ac misericordia disceptans, has proponit quæstiones, *Quis suscitauit ab Oriente iustum? & vocauit e- Ibidem. um, vt sequeretur se? Quis hæc operatus est & fecit, vocat generationes ab exordio? Ego Dominus, & nouissimus*, qui feci hæc omnia. Suscitare Vocatio iustum ab Oriente Sole, aut à patre mundi mundo ex Orientali, est eum ab æterno prædestinare; ordiente & vocare generationes ab exordio, est eas iam inde ab orbis principio & primis vitæ incunabulis ad salutem dirigere. Sic se vocatum gloriatur Apostolus, dum ad Galatas sic scribit, *Cum autem placuit ei, qui me seque- Galat. 1. gavit ex utero matris meæ, & vocauit per gratiam suam*.

Hinc fit in scripturis hominum vocatio. Vocatio & nem sapienter pro electione ac prædestinatione sumi, & duos illos diuinæ voluntatis aspectus, etsi in se differentes, & quoad intelligentiam nostram vno altero posteriores, cõfunduntur, vnum eundemq; putari, deniq; p vno capite adeo vt vocari, eligi, aut prædestinari multis in Scripturæ locis idem omnino sint. Apud Sophoniam imprimis, qui ait: *Sanctificauit vocatos suos, i. e. quos prædestinauerat*. & in Apocal. *Quoniam Dominus Dominorum est, & Apoc. 17. Rex Regum; & qui cum illo sunt, vocati & electi & fideles*.

Notandum præterea duplicem à parte Dei vocationem esse; vnã efficacem, alteram Vocatio insufficientem: prima semper scopum ferit, & vna dolum sortitur effectum; nõ autem altera, sed plex. media habet ad eum consequendũ sufficientia. Vtraq; in Lothi & generorum eius vocatione cõprehensa est. Nam, vt Genesios prodit historia, Angeli generos iusti huius vere vocarunt, inuitaruntque, vt se subducerent, atque

Mattb. 22.

Rom. 9.

Ioan. 6.

Vocatio diuina prim^o prædestinationis effectus.

Rom. 8.

D. Thom. in ep. ad Rom.

Rom. 9.

* Tom. 4. lib. 83. quæst. 2.

Isai 49.

Deus suos vocat iam inde à matris utero.

Matth. 23.

atq; vrbē egredierentur; at Lothum focerum manu arrepta egredi cōpulerunt, & in mōtes deduxerūt. Vocatio inuitatioque generis facta ad salutem consequendam potens & sufficiens, gratiam sufficientem; sed coactio, violentiaque Lotho quodammodo inuito facta, vrbē in turum collocaret, efficacem representabat.

Idem omnino in parabola inuitatorum ad nuptias regales, quarum meminit Euangelium, legimus contigisse; ad quas alij duntaxat sunt inuitati, alij etiam compulsi & coacti intrare. Posteriores imago sunt eorū, qui per gratias efficaces vocati sunt, & certissime salutis compotes fiunt; priores vero eorum, qui sufficientes solum consequuntur, & non semper post vocationem ad finem ad quam à Deo vocantur veniunt, quia venire detestantur.

Vocationis interioris definitio.

Sunt insuper duæ alia vocationes; vna interior, & intus in anima agens, recta cor instigationibus, motibus, & internis oculis que inuitationibus feriens; quæ teste Diuo Thoma, aliud non est, quam quidam animi instinctus aut motus, per quem à Deo mouetur & inducitur ad assentiendum ijs, quæ ad fidem aut virtutem spectant. Nuncitur hæc illis Isaia verbis, quæ iam supra attulimus, *Quis suscitauit ab Oriente iustum, & vocauit eum, ut sequeretur se?* Atque huiusmodi vocatio plane est necessaria: nunquam enim ad Deum animus conuerteretur, nisi illum ipse ad se conuerteret, & attraheret. Hinc in Threnis Ieremiam legimus orātem, *Conuerte nos Domine ad te*, cor animumque nostrum pulsando, & *conuertemur tibi auscultantes.* Atque hæc vocatio prædestinatis est efficax, & semper ad vocati salutem tendit.

Matth. 41.

Thom. 5.

Definitio vocationis exterioris.

Vna exterior est, ac forinsecus proueniens, & ore Prophetarum, prædicatione Apostolorum, scriptis Doctorum, & Sanctorum librorum lectione peragitur. In figuram huius rei legitur Sapientiam misisse ancillas suas, ut *vocarent ad arcem.* atque hoc modo omnes omanino mortales vocati sunt, & vniuersi vtriusque poli incolæ audito prædicationis Apostolicæ sono, Euangelioque terra marique promulgato, & per quatuor

mundi angulos denuntiato, iuxta illud Psalmographi vaticinium, *in omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum.* Psal. 18.

Ceterum vocationis Apostolorum dignitas & excellentia in eo consistit, quod exteriori vocatione ab ipso met Dei filio, qui ad mirabili quadam ratione hominum corda sunt commouebat, vocati sunt. Sic hodie Andreæ Apostolum vna cum Petro fratre in litore obambulans vocauit, atque hoc Euangelio præsentem continetur, in quo legimus, *Ambulans Iesus iuxta mare, vidit duos fratres, & c. Et dixit eis, Venite post me.* Vt ergo ordine quodam ac methodice tam illustrem materiam deducam, pro consuetudine bipartito distribuam, primo namq; S. Andreæ vitam, mores ac virtutes, deinde mortem, passionem ac reliquam martyrij eius seriem commemorabo.

III.

Principio ergo, vt amplum hunc & spatiosum Apostoli huius præconiorum campum ingrediar, dico referente Petro Damiani sermone, quem de S. Andrea composuit, in magnum eximiumque sancti huius viri honorem, nomen & gloriam cedere, quod primus fuerit Christianus, primus Iesu Christi discipulus, primus etiam, qui Euangelij igni se subiecit, suo Petrum fratrem exemplo eodem inuitans, qui reliquorum deinde Apostolorum factus est Princeps, atque vniuersalis Ecclesiæ caput, idque forsitan ob tam generosum S. Andreæ actum, ac in recognitionem pietatis, fidei, zeli ac promptæ ipsius in Christo sequendo, & rebus omnibus per paupertatem voluntariam repudiandis obedientiæ. Egregia historia rem facit manifestiorem.

S. Andreas primus Christianus.

Gen. 49.

Lyranus doctus ille sacrarum litterarum interpres, hanc in illa Geneleos verba, *Non auferetur scopulum de iuda, ac dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est;* quaestionem mouet, & è curiositate quadam percontatur, cur corona Israel in tribum Iuda potissimum translata sit, & quam ob rem regnum hoc nobilissimum, velut hæreditariū ac successione quadam continuans, in hanc potius familiam quam alias deriuatum. Autor incognitus & Titelmannus in hæc Psal. Psal. 113.

mistæ

Traditio
Hebraica.

mista verba, *Facta est Iudaea sanctificatio eius*, respondet, quod tribus huius duces in maris rubri vado pertransendo ceteris generosiores, dum Aegypto egressis & in libertatem abeuntibus mare non sine singulari miraculo factum est peruium, primi reliquum agmen audacter antecesserint. Hebraeorum namque traditio est, Mose virga a quor percutiente, & ipso in duodecim diuisiones quodammodo abeunte, Aegyptijs a tergo prementibus, montibus dextrorsum & sinistrorsum imminantibus, profundis antorsum fluvibus minitantibus, omni populo contremiscente, palpitante, & praeformidine tantum non emoriens, adeo ut nemo iter sternere aut vadum iam vento arefactum tentare auderet; tandem ceteris audentiorem ac generosiores Aminadab, tribus Iudae Principem, sumpto animo, horrorem contribulium suorum spectando, & in Deum caeli specie coniecta, atrepto quantocius tribus suae vexillo, primum in arenas marinas ingressum, eoque praecunte, reliquos contribules mox secutos, illorum deinde exemplo reliquas tribus, turmas, ac familias mari se commisisse. Deum autem ob tam generosum facinus, tribui huic benedixisse, ac voluisse, ut continua successione de patre in filium corona regni penes solos e Iuda natos maneret, hique soli regni titulo ac iure supremam in reliquis omnes tribus auctoritatem ac potestatem obtinerent.

Cum omnes historiae huius partes, & circumstantias perpendo, ipse mecum statuo, quin & vos, si modo animu aduertatis, haud diffitebimini, in Andrea nostro haec omnia quam exactissime veluti in re figurata contigisse. Ipse namque, cum primus verbis Iesu Christi, veluti olim Moyses virga, cruce iter caeleste referantis credens, in tribulationum vndas se coniecisset, & per saxosos praecipitesque Evangelicae doctrinae calles semitam straxisset, ceteris hoc pacto ad idem faciendum atque imitandum iam dato exemplo praecundo; mirum videri nemini debet, si Ecclesiae insulam ac coronam, illi est, Pontificatum supremum, de domo illius auferri noluerit, sed in fratris ipsius, beati inquam Petri vertice manere permiserit Deus. Hanc

scilicet gloriam, prerogatiuum, atque decus vniuersae familiae ac posteritati vnius viri iusti animositas, virtus, atque fortitudo attulit.

Inter primos ac fundamentales templi illius mystici, quod olim vidit Ioannes, lapides primum obtinet locum Iaspis. Gemma haec, ut quidem gemarum & naturalium rerum commentatores prodidere, fortitudinis est & constantiae solum, quaeque obstat, ut a quocumque gestatur, metu ac formidine non conteratur. Hoc in Apostolum nostrum mire quadrat, licet vel nominis eiusdem etymologiam ac significatum, vel vocationem eius ac sortem, statumque intueamur. Statum quidem: nam ut Iaspis primus templi huius umbratici fundamenti lapis fuit, ita Sanctus Andreas primus Apostolos reliquos inter a Christo Domino electus est & vocatus, quo primum fundamentum, basis, ac princeps Ecclesiae suae foret. Etymon vero: nomen enim illius cum gemmae huius proprietatibus optime conuenit: Andreas n. Graeca notione virilitatis, fortitudinem, virtutem ac magnanimitatem sonat.

In Zachariae Prophetia lego, quod huius mire deseruit: *Educi lapidem primum, & exaquarebit gratiam gratiae eius.* Quocumque demum sensu haec capiuntur, nullus erit propius magis atque accommodatior, quam si ad S. Andream haec referamus, & in ipso prophetiam hanc impletam dicamus; non tam ob potestatem illi simul & reliquis Apostolis, communi omnibus prerogatiua, collatam (cuius apud Ioannem meminit Redemptor dicens, *Sicut misit me viuens Pater, & ego mitto vos:*) quam ob singulare illud privilegium ipsi imprimis datum, quod in cruce pro nomine Redemptoris expiravit: in quo Domino suo ac magistro per similes fuit, eandemque cum illo sortem subiuit: adeo ut illa Iobi verba non immerito vsurpare ipse queat, *Vestigia eius secutus est pes meus, &c.*

Et est profecto mirum, Deum Apostolos Deus Apostolos & obscuros piscatores, qualis Andreas erat, filio suo vni genito auctoritate potestateque exaquare, ac velut socios & pares illius

Apoc. 21.

S. Andreas per Iaspidem repraesentatus.

Zach. 4.

Ioan. 20.

Iob. 23.

con-

constituisse, inter omnia autem magni huius Dei arcana ac proposita nullum derego profundius aut secretius, nec in operibus ipsius vllum admirabilius, quam quod ad orbem vniuersum subigendum hominum vilissimorum & abiectissimorum opera sit vsus. Sed est hæc communis & incomprehensibilis magni illius Dei procedendi ratio, qui magna semper & elata humilibus & obscuris instrumentis exequitur.

Madianitas deleturus & excisurus cum esset Israel, ecce tibi trecenti, imbelles & inertes selecti: quibus ea erat animi imbecillitas ac languor hostiumque tantus timor, vt ne vel in terra prostrerent se, sitim commode restincturi, auderent, sed ne paulisper quidem morari ausi, manus fluentis iniicerent, atque animalium in morem aquas lamberent, vt patrijs in Antiquitatibus obseruat Iosephus. In quo, & per quod factum omnipotens, velut Deus Sabaoth, hanc victoriam illustriorem, & gloriosorem reddere voluit.

Generosa illa virago Iudith, cum Holofernem tollere statuisset, & iam iam illi ceruicem esset incisura, corde ad Deum sublato, & genibus in terram prouoluta, sic orando ait, *Erit enim hoc memoriale nominis tui, dum manus femina detulerit eum*: perinde ac si diceret: Hoc faciendo & illustre hoc facinus exequendo immortale nomen tuum reddes, & ad futuras generationes æterna recordatione recolendum transmittes, & omnes ad eo orbis gentes laudem tuam celebrabunt, ac sapientiam poenitentiamque obstupefcet, audientes scilicet, ad tam potentem indomitumque aduersarium deiiciendum imbellis te muliercula operam, dextram, animam adhibere voluisse. fateamur ergo & concedamus e viraginis huius verbis necesse est, Deum nomen suum ac laudem vere immortalitati in eo sacrasse, quod ad mundum vniuersum sibi subiugandum, & potentes terræ monarchas ac Principes vocis suæ parentes reddendos, ad rem inquam tanti momenti ac ponderis, adeoq; arduam peragendam non nisi pauperulos & duodecim tantum piscatores, inter quos primus vocatus est Andreas noster, adhibere volue-

Besai tom. 3. De Sanctis.

rit, illorumque dextra de vniuerso amplissimos triumphos, & victorias incomparabiles mundo retulerit.

Ioab Dauidicarum copiarum præfectus 1. Reg. 12. ac Princeps, Regi quoque suo fidus, & prudentia bellica instructissimus, urbem aliquam hostilem iam iam armata manu inuasurus, ad Regem ilico nuntios misit, rogaturus, vt in castra venire ocyus ne grauaretur, obsidioni interesset, & loci expugnationem coram intueretur, vt omnis victoriæ honos illi, non vero Ioabo, qui non nisi subditus cliens, ac de ducum regiorum erat numero, ascriberetur. Historiam illam in rem præsentem ac propositum meum adaptans, iustissimum esse dico, nulli nisi soli Deo illustrem hanc Evangelij propagati victoriam ascribere. Quocirca hoc in bello non alios adhibere voluit duces ac bellatores, quam pauperulos piscatores quorum facile primus fuit Andreas: Ad eo vt Psalmista Excelsi & Omnipotentis de- *Psalm. 337.* miratus opera merito dicere & nos post illum reperere possimus, *Excelsus Dominus, & Iob. 28. humilia respicit, & cum Iobo dicere, Profunda fluviorum scrutatus est oculus Domini, & abscondita produxit in lucem: per abscondita hæc, humilia, infima & vilissima intelligit. Vt i. dynastas ac Principes illustriusimorum dominamus nomine, quod omnium in oculis videntur, cunctis noti sint, ab omnibus colantur & suspiciantur; sic paruos dicimus, obscuros esse & absconditos, eo quod quodammodo lateant abdit, & vniuerso sint mundo incogniti.*

Egregiam rei huius figuram suggerit *Gen. 14.* Genesis. In ea siquidem scriptum est, Abrahamo victori à prælio (in quo trecentos & vndeuginti vernaculos, aduersus tres Reges potentissimos, qui Sodomam & Gomorrhā expilauerant, nepotem eius Lothum in captiuitatem abduxerant, & omnem illius substantiam diripuerant, armauerant) reduci, Regē Sodomorum occurrisse, & hac illum oratione adortum, *Da mihi animas, quas ab inimicorum manu vindicasti, cetera tolle tibi, iure enim hoc tibi debetur.* Cui Abraham generosa quadam constantia & heroico rerum contemptu respondit, *Leuo animam meam ad Dominum Deum excel-*

B b b b

Lib. 6.

Lib. 10.

Antiq.

Lib. 9.

Mirum est Deum orbem conuertisse per piscatores.

Ap. filio ait.

sum possessorem caeli & terra, quod à filio sub-
regimini vsque ad corrigiam caligae non accipiam
ex omnibus quae tuae sunt, ne dicae, Ego dixiui A-
braham.

Mundi re-
demptio
assimilata
Sodomita-
rum libera-
tioni per
Abraham-
um.

Cogitate, auditores, Abrahamum Pa-
triarcham Redemptoris Christi imaginem
fuisse, qui Lotham & Sodomitas ab inre-
itu vindicauit, id est, iustos simul & peccato-
res redemit, & ad Euangelij libertatem vo-
cavit, idque per solos seruos suos, id est, ig-
naros & ignobiles piscatores. Sodomoram
Rex mundi est figura, qui Iesu Christo diui-
tiarum ac scientiarum arma dare potuit, sed
ipse, velut alter Abraham, nihil omnino illi
è facultatib. voluit accipere, ne quis forte co-
gitaret, mundum illi in victoria comparan-
da & manubijs coaceruandis suppetias tulisse,
itaque de hominum redemptione ille
gloriaretur. Docet hoc itidem Aposto-
lus, qui recta in hunc conceptum tendens,
Corinthijs sic scribit, *Inferma mundi ele-
git Deus, ut confundat fortia* Quanam rei hu-
ius causa, Paule? ut non gloriatur, inquit, om-
nis caro.

2. Cor. 2.

Inuentiones haec sublimes sunt ac minime
vulgares, sed plane admirabiles, ac praesertim
in ijs, quae ad D. Andream spectant. An non
enim sublime, & prodigij prope simile, vi-
dere hominem adeo obcurum & ignobilem
mox inter totius vniuersi Principes cooptari:
(*Constituit eos Principes, super omnem ter-
ram.*) Pauperem ac simplicem piscator è sta-
tum adeo sublimem euehi, ut è Dei viuentis
coadiutoribus, & Messiae legatis vnus con-
stitueretur. Hos quippe titulos ac nomina sibi
Apostolus vindicat, ijsq; gloriatur, dicens,
Dei adiutores sumus. Et alio loco, *Pro Christo
legatione fungimur.* perinde ac si diceret: Quo-
nam esse nos credunt homines? quamnam
esse fortem nostram putant? Sciant esse nos
coadiutores Dei, & magnos Iesu Christi le-
gatos.

Psalm. 3.

1. Cor. 7.

2. Cor. 5.

An non enim inauditum quid; noui & pa-
radoxū, videre pauperem, ignarum, artium-
que omnium inscientem tam subito gratiae ac
sapientiae plenitudinem, quoad diuinorum
mysteriorū reuelationem, obtinuisse. Testa-
tur hoc, & promittit illis ipse mundi Redem-
ptor apud Lucam dicens, *Vobis datum est nosse*

Luc. 8.

mysterium regni Dei. Apud Ioannem vero sic Ioan. 5.
legimus, *Omnia quaecumq; audisti à Patre meo,
nota feci vobis* O beatos ac ter & amplius feli-
ces discipulos, qui tam doctum, sapientem,
atq; eruditum nacti sunt magistrum, qui si-
ne vilo labore, pœna, aut studio ipsos Docto-
res, & instanti vno facultatum omnium red-
didit peritos, & quidem adeo peritos, vt pro-
fundissimi quiq; Philosophi, scientiarumq;
calentissimi cum ipsis collati velut vmbra
volitarent, & in omni scientiarum genere in-
feriores existerint?

Ecquod inquam miraculum, obscurum Scientia &
quemadmodum ac triviale, de fece populi, qualis eloquentia
Andreas noster, natura meticulouso indiser insignis S-
tum, indoctum, omnibusq; ad conuersandū Andream
cum hominib. communicationemq; huma- collata.
nam necessarijs dotib. destitutum, tanto tam
subito eloquentie torrente perfundis, & ea do-
nari scientia, vt peccatores ad poenitentiam
cōuertat, Philosophis ruborem incuriat, ty-
rannos percellat, & ad Euangelium admit-
tendum omnes orbis nationes inuitet: Pro-
misit hoc omnibus in genere Apostolis Re-
demptor dicens, *Dabo vobis os & sapientiam, Luc. 11.
cui non poterunt resistere & contradicere omnes
aduersarij: estis: id est, adeo vos difertos, do-
ctos & peritos reddam, omnes vt vobis celsi-
turi sint, & loquentibus vobis orbis vniuersus
in dicta vestra concessurus.*

Deniq; an non summo stupore & admira- S. Andream
ratione dignum, vel auditu accipere, vnum vnus ex ot-
maritima; nauicatoria; ac piscaturae innum. bis iudicib.
tritum, vilem, sine vllis meritis, & auctori-
tatis omnis expertem ab ipso Dei filio eligi ac
segregari, quid de supremis viuorum simul &
mortuorum iudicibus in nouissimo mundi
die foret? Verisimū est enim, quod ipse Re-
demptor, qui tunc protopraefes futurus est,
olim discipulis promissit, dicens: *In regenera- Matth. 9.
tione cum sede si filius hominis in sede maiestatis
sua, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudican-
tes duodecim tribus Israel.*

Ad hunc honorem ac dignitatem primum IV.
omnium Andream nostrum Saluator euexit, Cur S. An-
eumq; ab aquis & ora maritima euocauit, vt Andream ab a-
notat Euangelium, *Ambulans Iesus iuxta mare quis voca-
Galilea, vidit duos fratres.* Nec vero id mylke-
tus.
rio caruisse sit verisimile. Emiserat Pater ator
nus.

nus filium in mundum, vt mirabile Ecclesiæ suæ opus ac molimen inchoaret, vt colligere est ex illo Isaia loco, *Po, vi, inquit Pater filio, verba mea in ore tuo. Et in umbra manus mee precepsi te, vt plantes caelos, Et fundes terram.* Apostolos ergo selegit, qui primi eiusdem lapides foret, in fundamentum nouæ huius fabricæ coaptadi. Hinc hodie eos iuxta lit³ & aquas colligere incipit, & præ ceteris Andream nostrum, qui, vt primus lapis foret, seligitur.

Rei huius figura, ac velut augurium fuit, quod, cum Deus insigni miraculo vadum Iordanis siccaisset, quo transeuntibus filij Israel iter in terram promissam commodum haberent, præcepit Iosue, vt sic Israelitis ediceret, *Præcipe, vt tollant de medio Iordanis aliuo duodecim durissimos lapides, quos ponent in loco castrorum. & rationem iussi reddens mox subnectit, Et quando interrogauerint vos filij vestri, dicentes, Quid sibi volunt lapides isti? Respondetis eis, Defecerunt aqua Iordanis ante arcam foederis Domini, idcirco positi sunt lapides isti, monumentum filiorum Israel in æternum.*

Ipsæ Redemptor Iesus omnib. nobis iter in caelos patefecit, cum hanc ob causam triste passionis mare & amaras mortis aquas esset ingressus, quod, teste Abacuco, inigne fuit prodigium: *Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum.* In operis vero a deo eximij ac prodigiosi memoriam duodecim ingentes e medijs aquis lapides, i. e. duodecim Apostoli e profundo maris huius mundi fundo selecti sunt, qui rei huius testes sunt, futurisq; retro generationib. in monumentum ac memoriale, testes inquam passionis Domini. ca, testes mundi vniuersi redempti, testes noui itineris, quod in caelum ducat, iam parati, deniq; veritatis Euangelicæ testes. Et notate quemadmodum duodecim illi veteres lapides in media castra illati sunt, sic duodecim Apostolos in medium Ecclesiæ locum cooptatos esse, quæ quod castris & aciei sit per similib. *militans* dicitur, & propterea *terribilis vt castrorum acies ordinata.*

Iesus Christus vere est Angelus ille Apocalyp. fortis, e caelo descendens, nube amictus, & iride coronatus. habebat is faciem solis instar rutilantem, & pedem dextrum

super mare, sinistrum autem super terram collocabat. Non vacabat ea res mysterio, vt scilicet significaretur, e mari illum primos Apostolos velut primos quosdam lapides, qui Ecclesiæ fundamentum forent, educturum. Pes autem dexter mari superimponitur velut alio fortior, vt hinc magnū & mirabile quod parabatur opus patefceret, opus inquam, quod ederet Deus Ecclesiæ fabricam moliendo, & a mari primos quosque Apostolos vocando.

Prima mundi naturalis productio ac creatio ab aquis cœpit, sic ab istdem aquis noui mundi reparatio initium habuit. Rem explico; Genesis exordium est, *In principio creauit Deus caelum & terram.* & mox subditur, *Spiritus Domini ferebatur super aquas.* Eodem scilicet instanti, & prout Deus res nouas creabat, ita Spiritus Domini super aquas ferebatur. Aquæ ergo initia & origines primarum noui fuere mundi. Sic quoq; Iesus Christus ab aquis felicia Ecclesiæ suæ ducere exordia voluit, cum iuxta littus ambulans maris Tiberiadis, duos conspexit Apostolos, Petrum inquam & Andream, eosq; ad sui sequelam inuitauit: *Ambulans Iesus iuxta mare Galilæe vidit duos fratres, &c.*

Vt de sola Andree vocatione loquar, & Petri silentio inuoluam, cum illam mihi represso, in mentem venit eius, quod tertio Regum libro scribitur. Ibi legitur Elias vidisse nubeculam e mari ascendentem, humana specie, quæ deinde in ingentem versa est pluuiam. Hic animos cogitationesque vestras sustollite allegoricorum sensuum indagatores, & in S. Andree vocatione simile quid contigisse cogitate. Redemptor enim haud procul a mari hunc conspexit Apostolum, velut nubeculam quædam ipsum cernit, quæ deinde in magnum doctrinæ ac sanctitatis nimbum excreuit, vniuersum terrarum orbem, ac præsertim ferax Ecclesiæ solum humectans & irrigans.

Ceterum mox vt Andream Redemptor ad se vocauit, ipse vocantem sine vlla dilatione nullis dum visis miraculis, omnibusq; valedicens rebus, securus est: in quo ingentem erga Deum amorem, & promptam ad iussa eius obedientiam patefecit. Abraham Patri-

archa cum heroicum illud, immolationis scilicet proprii & vnigeniti filij sui Deo, opus perageret, ilico ab Angelo apparente adiuit. *Nunc cognosce, quod tu eas Deum* perinde ac si diceret; Agnosce ex hinc mundus, quo Deum amore complectaris, & quam maiestatis eius iussis refragari minime audeas. Tum scilicet vere nostrum erga Deum amorem, pietatem, ac verum timorem patefacimus, cum illum offendere verentes, carissima quaque relinquimus. Sic quoque Redemptor ipse apud Lucam docebat: *Nisi quis renun- tauerit omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus.* S. Andreas ergo hanc doctrinam dum sequitur, de veris ac genuinis filij Dei discipulis fuit, cum, quo ipsum sequeretur, omnibus confestim se abdicarit. Vnde de illo ac fratre Euangelista, *Relictis rebus secutus est eum.*

Iudas Machabaeus cum suis ad conflictum pergens hac eos ante oratione compellauit, & praemonuit: *Non concupiscatis spolia, quia bellum contra nos est, sed stete, nunc contra inimicos vestros, & expugnate eos, & sumis postea spolia secuti.* Qua suos Redemptor discipulos oratione compellauit, ad omnibus valedicendum, sibi que obedientiam eos exhortatus, illi Iudae Machabaei orationi esse videtur per similes. Equidem hanc vobis repeto, fideles, vobis que auctor sum, vt, cum hostes habeamus acerrimos, & continuum nobis noctu & interdiu bellum, ipsumque sanguinolentissimum immineat, mundi huius rebus nos in tantum haud immisceamus, illius manubias ac spolia minime consecremur, sed generose nos defendamus, & aduersarios superemus, quia relata de hoste victoria, & conflictu egressi honoribus, voluptatibus, & aeternis diuitijs commode & quam abundantissime tum demum perfruemur. Si n. modo spolijs vos oneratis, timendum est, ne ipsidem postea excidatis, simul & vitae iacturam faciatis.

Gloriosus Andreas noster diuinum hoc consilium secutus, & bene monenti auscultans, generosa quadam mente & constantia omnia terrena vili pendit, & cuncta negligens, nullo terrenorum spolijs desiderio, Iesum vocantem confestim sequi constituit,

illius voci promptissime obediens, illiusque se obsequio vna cum fratre Petro mancipas. Huius forsitan rei ratio est, quod magis in Ecclesia futuri essent Sacerdotes ac Praesules. In huius rei figuram iussit olim duas tubas argentae conlari Deus ad milites ac duces ad castra conuocandos. Haec autem earum instandarum seruabatur ratio: ad duces ac principes euocandos non nisi semel clangebatur, sed si gregarij exciendi, frequentior erat clangor. Hoc discrimine denotabatur, Praesulem, Sacerdotem & Clericum quemlibet, qui populi sunt ante signati atque Ecclesiae duces, ad primam caeli vocem, & miniam Dei inspirationem conuolare sua, ad bellum se parare, mundo egredi, ac Redemptorem sequi debere. Saecularibus vero longiori & concisiori opus est sono, monitisque frequentioribus, vt vitiorum caeno emergant, Dei iussa capeant, obsequio illius mancipent, honoremque tueantur. Laudem hac in re meretur Andreas noster, quod Dei filium tam prompte vocantem sit secutus, cum nullum dum ab eo edi miraculum vidisset. Primum namque quod fecisse eum Ioannes commemorat, in Cana Galilaeae contigit, *Et hoc est Ioan. 4. primum signum, quod fecit Iesus.* Apostolis omnibus iam eum sequentibus, & cunctis illius adherentibus.

Non ob hoc duntaxat S. Andreas dignus est laudibus, sed ob id praecipue, quod adeo cito ac prompte, tantaque generositate sit secutus eum, quem qualis esset, tum ignorabat, qui solus per agros & solitudines oberrabat, nullo comitatu, discipulis nullis, tenui indutus veste, facultates nullas possidens, ex elemosynis ac donis piorum victitans, omnibus exosus, praesertim Sacerdotibus ac Synagogae principibus inuisus, quem vt quis sequeretur, votum paupertatis ederet, & omnia desereret oportebat. Deinde ipsa quam sui sequacibus faciebat promissio, & merces, qua pacisceretur, quod scilicet illos hominum faceret piscatores, sectatoribus occasionem dabat cogitandi, rideri se ac ludibrio haberi. Nihilominus parui haec faciens Andreas, & nihil moratus vniuersa *relicta omnibus secutus est eum.*

Hoc scilicet in sancto, hoc Apostolo permagni

Congratatio magni faciendum est, & admirandum. Illi
 enim, qui vero e contra vituperio digni & reprehensio-
 ne, qui, tamen Deus tam saepe vocet, tot si-
 gna exhibeat, tot patret miracula, tam am-
 plam spondeat mercedem, tot tamq; graues
 incuriat minas, ipsum tamen deserunt, illiq;
 nolunt adhærescere: sed adolescentem Samue-
 lem potius imitantur. Hic, vt e sacra colligi-
 tur historia, à Deo de nocte vocatus, & ad
 vocem eius expectatus, confestim quidem
 strato se corripit, se ad Heli Sacerdotem jam
 grandævum & ægrotantem, alio in conclavi de-
 cumbentem abit, idque tertio. Equæ pueri
 huius stoliditas est, Deo vocante, ad homi-
 nes adeuntis, cum Deum vocantem sequi o-
 porteret? Hoc ipsum & pluribus hodie con-
 tingit, quos Deus quotidie ad se vocat, sed
 quoniam noctu, id est, tenebris & caligine vi-
 tiorum occæcati vocantur, hinc à Deo abe-
 unt, & ad senescentem Heli, id est, decrepitū
 ac morbidum mundum se conferunt, eique
 seruire malunt, quam Deo aut Iesu Christo.
 Quam hominum cæcitatē deplorans Deus
 sic per Ieremiam conqueritur, *Et locutus sum
 ad vos mane consurgens, & loquens, & non audi-
 stis, & vocavi vos, & non respondistis.*

Quoties vero, cheu! peccatores ad se vocat
 Deus ille clementissimus, eius tamen voci
 non auscultant? quot inspirationes, quot præ-
 dicationes, quot motus interni, quot monita
 exteriora, quot secreta inuitationes, ceu Dei
 voces immittuntur? has tamen omnes adeo
 non audiunt aut sequuntur, vt etiam conte-
 mnant, rideant, & aduersus bene mouentem
 peccando insurgant. Permulti enim aduersus
 concionatores, veros Dei nuntios ac legatos
 ad veritatem nuntiandam emissos insurgen-
 tes, sine vlllo humano intuitu, nec diuina mo-
 rati iudicia, varias in ipsos irrogant injurias,
 ignorantiam illis impingunt & hypocrisis,
 quin etiam Pseudopphetas nominare non
 verentur.

Dauid cognito Regem Ammonitarum
 Naas, quocum societatem amicitiamque, in-
 terim dum exagitarerur aduersis, & à Saulis
 facie fugeretur, iuravit, fatis factum esse; filio
 eius Hammoni regni hæredi idem præstare
 officium, quod sibi olim pater, voluit, & nun-

cios ad illum destinat, tū in patris eum morte
 consolaturus, tum de adepto illi regno con-
 gratulaturus. Legatorum oratione audita, Prauum
 Rex etiam adolescens, consiliarium prauo-
 rum suggestionē turbatur, suspicionemque regis Am-
 monitarum, non nisi explorandi causa hanc ad i-
 psam legationem Dauidem adornasse, ac re-
 gno ipsius inhiare: breui quippe copias sub-
 missurum, quibus & ipsum regno pelleret, &
 sibi illud vindicaret. Iuuenis ille princeps his
 verbis quam leuissime auscultans, tanti regis
 legatos indigne admodum habet, mediam il-
 lis barbam abradi, & vestes pube tenus prope
 decurtari iubet, hacque infamia notatos do-
 mum ablegat. Quo audito Dauid iratus in-
 gnem hanc contumeliam ac ludibrium bello
 illato vindicare statuit.

Non aliter hodie pleriq; nuntios ac lega-
 tos Iesu Christi, Ecclesie scilicet Catholice,
 Doctores & concionatores habent, in quo conciona-
 Hamnone illo barbaro atque impio stolidio-
 res sunt, insolentiores, & deteriores. Quo-
 niam vero præcones illi ac tubicines Euan-
 gelici nudam illis veritatem proponunt, hinc
 virulentas in illos stringunt linguas, & cani-
 nos dentes exacuunt, velut molossi in ipsos
 seuiunt, doctrinam illorum conuiciando la-
 cerant & conuellunt, famam lædunt, nomen
 denigrant, & vitam agendique rationem vbi-
 que qua possunt calumpniose mendaciterque
 commaculat. Vestes vero illis medias ac bar-
 bas præscindunt, dicendo illos asinos ac bar-
 dos esse, & mediam dictorum partem mera
 esse mendacia, alios nimirum centuplo do-
 ctiores longe secus & penitus contrariū sen-
 tire, iter cælum versus non esse adeo cliuo-
 sum, arduum ac difficile, neq; adeo seuerum
 iudicem Deum, vt ipsi vulgo clamitant, quin
 imo quam vulgo credimus, clementiorem ac
 benigniorem. Qui hæc contumeliose jactant,
 & fatuis hisce sermonibus popello imponūt,
 legatis Iesu Christi mediam præsecant bar-
 bam, & pube tenus vestes ipsorum conci-
 dunt, sed Deus optimus maximus, quem hoc
 modo non medioeriter irritant, impune eos
 habere nō sinet, serius aut citius, sed tandem
 aliquando, vt de Ammonitis Dauid, & indi-
 ctam deposcet. Hæc conclusionis loco dicta

sint, quibus primæ cœtionis parti finem imponemus, modo ad alteram accingamur, & nonnihil de Apostoli huius cruce, passione, ac martyrio loquamur.

V. S. Andreas crucifixus. Refert ergo historica series, sanctum hunc Iesu Christi discipulum, & Apostolorum principis Petri fratrem natu maximum, postquam varias peragrasset prouincias, animas plurimas ad Deum viamque salutis conuertisset, diuersos adisset populos, ad vltimas usque insulas penetrasset, & terrarum incognita attingisset; tam inimicum mundum vniuersum habuisse, propositoque suo adeo aduersantem, ut idololatrias in eius perniciem armarit, & in vitam conspirare coegerit, adeo ut perfecti exagitantique ante finem illi non fecerint, quam ad mortem rapissent, & in crucem egissent: quod mortis genus omnium est crudelissimum & atrocissimum, sed summæ semper constantiæ virisque generosissimis reseruatam.

Isa. 63. Huc referri queat, quod in Isaiâ legimus, *Et erunt campestria in caulas gregum, & vallis Achor in cubile armentorum populo meo, qui requisierunt me.* Gregibus & armentis suis mercedem Deus promittit, sed diuersam ac discrepantem. Greges minorum sunt pecudum, & animalium tenuiorum, ut ouium, agnorum, caprarum, &c. sed armenta maiorum, ut bouum, bubalorum, camelorum, equorum, & aliorum. Deus ergo minoribus animalibus loca spondet campestria, fertiles pascuas, & campos vberes & graminosos, id est, o allegorici, vitæ tranquillitatem, consolationum abundantiam, gaudium spirituale ac sexcenta aliarum gratiarum genera, animalibus mediocribus, & non usque adeo perfectis: sed armentis & animalibus maioribus, id est, animabus nobilioribus & illustrioribus vallem Achor, id est, crucem & tribulationes grauissimas addicit. De hac enim valle est in libro Iosue sermo, in qua sacrilegus Achan ille à populo lapidatus est. Vocatur autem vallis Achor, id est, turbationis, quia cupidi huius direptoris furtum vniuersas tribus Israel turbauit. Hic igitur lectus, thorus & thalamus Andreæ nostri extitit, qui de armentorum fuit numero, & c

Allegoria. Singulari hoc pacto in sanctum hunc Apostolum gratiam Redemptor contulit, dum crucis suæ honorem illum fecit participem, idemque mortis ac supplicij genus illi secum esse voluit commune. Præuidisse hoc Sapiens videtur, ac re ipsa expressisse, dum quodam scribit loco: *Simili poena erutus cum Domino afflicti sunt, & popularis homo Regi similis passus est.* Hoc in Apostolo nostro certissime locum habuit,

generosissimis, quos vnquam sol est intrinrus, viris. Crux igitur vallis est Achor: qui autem in cruce quietem inueniunt, eaque latantur, ex armentis sunt Iesu Christi, iisque perfimiles, de quibus in Apocalypsi sermo est: *Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna, & locauerunt stolas suas in sanguine agni.* De cruce porro venire, vti Andreas venit, & tam atrox lubire supplicium, est de magna tribulatione venire. In hac Apostolus noster delectatur, & gaudet, hoc Apostoli Pauli re ipsa exequens, *Non solum autem sed & gloriamur in tribulationibus.* Atque hæc est consolatio, & honor, quem confert Deus ijs, quos habet carissimos, & qui ad perfectionem toto conatu ac studio incumbunt.

Sabalus piscis, ut quidem animalium descriptores memoriæ prodidere, & piscatores tradunt, in fluminibus & aquis dulcibus oua ponit & excludit, sed vbi pisciculos ac fortus excreuisse videt, inde eductos in mare deducit, in quo nimium quantum exerefcunt, tantæque molis fiunt, pares vt non aliat Oceanus. O mirabile naturæ arcanum, & ad mysterium longe admirabilius viam nobis patefaciens! Prouidit huic pisci, quoad prouidentiam & electioem suorum directionem gubernationemque Deus ter maximus haud dissimilis est. quandiu enim iusti paruuli sunt, & ad summam nondum virtutes perfectionesque peruenere, dulci consolationum eos aqua fouet, ac pascit: sed jam grandiores effecti ac perfectiores, in vastum tribulationum pelagus conijciuntur, ad vallem Achor deducuntur, per crucem transeunt, vti Andreæ nostro contigit, qui in cruce exspirauit, suamque virtutem ac constantiam tam atrocis supplicij tolerantia consignauit.

Insignis honor Andreæ in cruce mori, instar Christi. Sap. 8.

Rom. 5.

Sabali piscis natura.

Insignis honor Andreæ in cruce mori, instar Christi.

Sap. 8.

habuit, cum vt seruus idem cum Domino suo Iesu Christo subire supplicium, & vt simplex aliquis in cruce instar Dei filij moriendo, vere dicitur, *popularis ac pauper homo similia Iesu Christo Regi regum supplicia ac martyrium par pertulisse.*

Nullus si
idem qua
inceps
nocte mo-
natus, con-
solationem
facit.
Pocionis
et in
Apph.

Sane si quam in cludit nonnullorum mors etiam probrosa gloriam; non minima sane subiecto ac famulo futura est consolatio, eadem posse emori morte, & eadem subire supplicia, quæ Dominus ac Princeps. Exemplo id Phocionis fieri illustrius. Hic ergo cum mortiferum manu venenū teneret, ad quod iam iniqua iudicium sententia, in ingrata patria, erat condemnatus, læto se animo ad mortem parauit instantem, sed qui eodem in carcere victus tenebatur, T udippus nomine, plebeius homo, eodem in ortu genere etiam enecandus, eam haud æquo animo tulit: suam enim calamitatem, sortemque aduersam deplo- rabat, querebaturq; hoc se mortis genere iudicium sententia intermori, cui magna constantia Phocion, *Num tibi satis est cum Phocione mori?* quasi diceret, Curtant opere affigens T udippe? quid mortem adeo exhorrescis? an non tibi perquam honorificum est cum Phocione viro innocētissimo, rebusq; gestis clarissimo mortem oppetere? Andreas noster alios longe animos præferens, & eodē mortis genere, quo Dominus ac Rex cælestis, demerens, tanti hocce beneficium duxit, tamq; id sibi gloriosum ac magnificum credidit, vt lætus atq; hilaris ad supplicij properans locum, eminus conspectam crucem his salutarit verbis, *O bona crux iam dñi desiderata, & concupiscenti animo preparata, securus & gaudens venio ad te.*

Andree
orientis
stantia.

Insolens ille Aman, interrogatus ab Assuero Rege, e quo afficiendus honore esset is, quem Rex honoratum ab omnibus vellet, nõ omnino præter rem respondit, *Homo quem Rex honorare cupit, sedere debet super equum, qui de sella Regis est Iesu Christi equus, quem aduersus inimicos nostros bellaturus conscendit, ipsa crux est; cum ergo Andream eidem insidere equo, id est, eandem subire crucem voluerit, maximum hunc fuisse honorē, qui creaturæ alicui confertur possit, putandum est. Quam vero illustres eaq; plurimæ in veteri*

lib. 6.

Testamento & lege Mosaica honorem huic præsignarunt figuræ.

Primitiæ frugum ac segetis si quando Deo offerendæ essent, igne eas vltulari idem ipse iussit. verba legis hæc sunt: *Si obtuleris primitias frugum tuarum de spicis ad hoc curantibus, torrebis igni S. Andreas prima fuit spica, quæ Ecclesiæ in agro conspecta est, atque, vt S. ait Bernardus, prima vocatio saluatoris: quapropter in cruce eum immolari oportebat; non tamen sine igne: nam biduo ipso in hoc cruciatu perdurans, velut alter rubus deserti, ardentissimo diuini amoris incendio ardebat, non tamen ad arebatur.*

Leu. 2.

Exod. 3.

Quam fuit egregium ac iucundum spectaculum, videre Ionathæ principis arimigerum, animositate & amore herili plenum, per motum prærupta, ac rupium inaccessa proserpere, indeque in hostes magnam longe lateque stragem edere, dominumq; præeuntem per mille vitæ sequi discrimina: tam illustre ac præclarum fuit, post aliquot sæculorum centurias, generosum Iesu Christi discipulum Andream, robore alioquin & virtute repletum, in crucis cernere montem conscendentem, per tormentorum se opulos proserpentem, in idololatrias detonantem, & magno vitæ cum periculo, eodem in passionis bello Dominum ac Regem suum magna constantia ac generositate sequentem.

1 Reg. 14.

Redemptor in lege doctum Nathanaelem sic est Ioa. 1. allocutus, *Vidistis caelos apertos, & Angelos Dei ascendentes & descendentes super filium hominis.* Videntur autem verba hæc ad præscam Patriarchæ Iacobi visionem alludere, sed in Andrea nostro re ipsa adimpleta sūt: videre namque, vt hodie velut Angelus quidam, crucis scalam ascendat, & ei innitentem conspiciat Redemptorem Iesum, cælos intueatur apertos: atq; hoc pacto figuræ verificentur, & prophetiæ complentur.

Ioa. 1.

Gen. 28.

Inter varia, verissima tamen, summeque admirabilia diuinæ potentie argumenta, hoc à Iobo velut primum ceterisque admirabilius recensetur: *Extendit caelos solus, & gradiatur super sinum eius maris, qui facit arcum, & Orionam, & Hyadas, & interio a Austri: qui facit magna & incomprehensibilia, & mirabilia, quorum*

Iob. 9.

1178

rum non est numerus. Obscura & inuoluta hec verba sunt, & altrologiam ac mathesin sapunt, quæ S. Gregorius expositurus, aliud explicationis gratia non addit, quam, *Quid mirum, quod fecerit hæc, qui fecit omnia.*

Insigne my- Verum aliorum hoc supermysterium Pa-
sterium ex- trum expositiones peruolutans, ænigmaticis
plicatum. hisce verbis maius quiddam ac sublimius cõ-
perio prophetam designare voluisse, puta spiri-
ritualem Ecclesiæ constructionem. Per cœ-
lorum igitur extensionem sanctorum Apo-
stolorum capio martyria ac passiones: illi nã-
que veri quidã ac noui sunt cœli, quos Deus
extendit. Per fluctus autem marinos Ecclesiæ
intelligas persecutiones: Arcturus vero, q̃
fidus è septem stellis, semper circa borealem
polum versantib. conflatum est, septem Spi-
ritus sancti dona repræsentat, Ecclesiam sem-
per protegentia & auxiliantia, quæ assidue
quidem & nunquam non exagitur, nunquã
tamen opprimitur aut mergitur; quia porta
inferi non præualebunt aduersus eam. Orion
& Hyades alia sunt stella, quæ circa autumni
finem & hyemis exordia tempestates causan-
tur, atq; hæc Apostolos & Martyres repræsen-
tant, aduersus quos atrocissima cõcitata sunt
procellæ & turbines tempestuosissimi.

Apostoli Apostoli porro noui illi Ecclesiæ fauere cœ-
li, de quibus cecinit olim Pfaltes, *Cœli enarrãt*
fiæ sunt cœ- *glori. in Dei:* eo quod per doctrinam Euange-
li. *licam* vbiq; terrarum gloriam Dei annuntia-
runt, eorumq; conuersatio plane cœlestis e-
rat. testis ille, qui desefuisq; collegis ait, No-

Psal. 18. *stra conuersatio in cœlis est:* perq; cœlestes quof-
dam influxus ad vnum omnes Ecclesiam fun-
Phil. 3. *darunt.* Hos vero cœlos tum extendit ac di-
latauit Redemptor, quando eos ad Euange-
lium omni creaturæ prædicandum per om-

Marc. 16. *nes mundi angulos emisit, dicens, Euntes præ-*
dicare Euangelium omni creaturæ. &c. Charitate
inquam eos diffudit & extendit, vti Corin-
2. Cor. 6. thijs scribit Apostolus, *Cor nostrum dilatatum*
est ad vos. Verum inter omnes hosce cœlos præ-
cæteris duo fratres, Petrus & Andreas, maxi-
me dilatati & extensi sunt, cum ille Romæ ca-
pite in terram obuerso; hic vero Paris Acha-
iæ vrbe in crucem sit actus sub Præside Ægea,
vbi biduo in cruce hic viuus persequens vi-

S. Andrea Patris cru-
Patris cru- cifixus est.

ginti hominum millia prædicatione sua Chri-
sto lucratus est.

Exclamare ergo hic iuuat, ô patientiam ad-
mirabilem! ô constantiam incomparabilem!
Hic ergo vir magnus ad crucem condemnatus,
vt ad supplicij locũ ductus est, & eminus
gloriæ suæ argumentum conspexit velut cy-
gnus quidã fato vicino exultans & plaudens,
eam salutare cœpit & corde & ore exultabũ-
do exclamare, *O bona crux, &c.* In quo Pauli
est constantia & generositatem imitatus di-
centis, *Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri*
lesu Christi. Crux igitur vnica Andreæ no-
stri gloria, amor, gaudium, voluptas ac dele-
ctatio fuit. Et in ipso non minus quam reli-
quis Apostolis adimpleta illa Redemptoris
fuit propheta, *Beati eritis, cum vos oderint ho-*
mines: gaudete in illa die, & exultate. S. Andreas
ergo passionis suæ die exultat & plaudit, ma-
gnaq; gestientis animi significatione crucem
amplectitur, & eidem se gratanter offert.

Soler amor extales, raptusq; quosdam ex-
tra statum mentis causari, hominesq; labori-
bus, tormētis ac cruciatibus insensibiles red-
dere. Figurã Genecios suppeditabat liber. Ia-
cob Patriarcha cũ quatuordecim ipsis annis
in domo Labani magna laborum & arumna-
rum tolerantia, Rachelis potiundæ spe, seruũ
egisset strenuum ac sedulum, adeo illum a-
more & affectu captum fuisse tradit Scriptu-
ra, vt quatuordecim illi anni, tametsi duri ac
laboriosi, pauci illi præ amoris magnitudine
viderentur. Amoris scilicet. vehementia omnem
illi laborum ac sudorum sensum abstulerat.
Amoris namq; proprium est, sensus quodã-
modo soporare, rationis vsũ tollere, iudiciũ
fascinare, difficillima quæq; reddere facilia
ac leuia, carduos deniq; in flores, & absynthia
in facearum conuerrere.

In horum omnium signum ipsemet Salua-
tor ob insignem, quo Ecclesiam sponsam suã
prosequeretur, amorẽ, acerbã illa quæ pertu-
lit flagra, pungentes illos spinarum aculeos,
fœcida illa ac putrescentia spuma, & vndantissi-
mum illud suppliciorum passionis suæ dilu-
uium, non nisi guttulas esse aliquot dixit, atq;
rosulentum noctis humorem: sponsam quip-
pe suam compellans sic loquitur, *Asperimili*
rosor meã, quia caput meum plenum est rore. &
c.

Gal. 6.

Matth. 9.

Gen. 29.

Amor pa- nas reddit insensibiles.

Cant. 5. cin-

horparua *cincini mei guttis noctium*. Per rorem hunc & illa, guttas nocturnas, inflatissimos tot paxarum ac tormenta, quæ pro nobis in monte Caluarie pertulit, torrentes, oceanos ac diluua, intelligere sponsum pro comperto est: Persuadet scilicet amor, elephantæ non nisi tenues esse muscas, oceanos guttas videri, montes in atomos esse conuersos. Ita nempe nimius amor decipere ac fascinare hominum mentes solet.

Hinc etiam vicissim sancta illa sponsa, extremum & incomprehensibilem sponsi sui amorem perspectum habens intimeque penetrans, passionem eius, non nisi myrrha fasciculum, sub Cantici vocat initio, *Fasciculus myrrha dilectus meus mihi*. Cum dicere, & quidem vere potuisset, quoddam ipsam myrrha nemus fuisse, i. e. infinitum quendam & immensum pænarum, tormentorum, aliarumque rerum grauium affligentiumque; quarum myrrha symbolum est, aërium de iis, velut de fasciculo loquitur, ingentem sibi proponens amorem, qui dolores illos adeo minuebat, & deprimebat, vt quasi vix sentire viderentur. Adeo vt eum sub charitatis nomine exaggerans sic postea loquatur, *Fortis est, vt mors dilectio tua, aqua multa*, i. e. tribulationes infinitæ, non potuerunt extinguere charitatem: quasi diceret, adeo quidē vehemens & fortis tuus est amor, eum vt mors expugnare nequiret: tuæque charitatis flamma ita ardens, vt omnes oceani aquæ, id est, qualibet persecutiones & aduersa mundi eam extinguere non valerent.

His robur & auctoritatem addit Apostolus dum charitatem omnia ait tolerare: *Charitas omnia suffert*: i. e. Amor adeo fortis, ingens ac potens est, vt omnia perferat, omnia perfringat, omnia exsuperet, nihil illi difficile, nihil arduum, nihil impossibile videatur. Idem sapiebat & Iob, cum erga Deum amore æstuas dicebat, *Etsi occiderit me, sperabo in eum*, i. e. vitam tollat, omnes, quas potest, afflictiones immittat, non propterea amare illum desinam, nunquam amoris nexum dissoluam, nunquam quem sponso di affectum exuam, illi indiuisus adhærebo, & ab ipso nunquam spem meam diuellam.

Magnum quidem est, atque in primis miserabile, mortem pro Iesu Christi nomine equanimiter pati, eamque non perhorrescere: vt & Paulus Apostolus id velut spectaculum credat mundo, angelis & hominibus exhibitum. Verum ridendo mori, patientem exultare, crucem amplecti, ad passionem lato animo properare, prodigii loco habendū. Hoc vni Andreæ reseruatū est, qui propterea dicere non immerito, ac potiori iure quam olim Pfaltes, potuit, *Tanquam prodigium factus sum multis*. Sensus est: Qui meas viderunt afflictiones & aduersa, & quo eadem animo & constantia pertuli, id velut prodigium habere.

Iob; tamen si ceu patientiæ habitus exemplum, & ob singularem animi in aduersis magnitudinem omnium stupor: in mediis tamen afflictionibus tremebundus ac velut quiritabundus dicebat, *Neque fortitudo lapidum fortitudo mea, neque caro mea ænea est*. Quasi diceret: Ea tribulationum mearum est magnitudo, vt ad minime eam sentiendam, aut sine querimonia subeundam, pectus quoddam marmoreum, aut præcordia ænea necessaria sint. Verū Andreas noster marmoris ac ferri duritiem patientia longe vicit, dum mediis in tormentis exultat, hilari animo mortem sese offert, ad supplicia latus properat, crucem denique mortis imaginem tanto cum honore salutat, dicēs, *O beata crux*, &c. eamque amplectatur & ipsam gratulabundus cōscendit.

Suis in sermonibus fabulam Vlyssis moraliter exponit D. Ambrosius. Vlysses enim prudentia ac vafricitie vir singulari, vt quidem Poetæ fabulatur, quo præsentia naufragii discrimina & scopulos effugeret, & illices Sirenū cantus sine noxa præteriret, malo nauis se alligari iussit, itaque se suoque discrimini subduxit. Vt fabulam hanc veritate cōuestiamus, cogi temus necesse est, in medio Ecclesiæ, quæ toties nauis comparatur, arborem esse, sanctam inquam crucem, in quam Saluator semel actus, omnes omnino mortales ab interitu vindicauit: in qua bonus latro etiam tum cōfixus æterni naufragii discrimen euitauit, & feliciter salutis est portum inuectus. In qua deinde & S. Andreas, ac plurimi sanctorum eadem ratione mundi huius pelagus ac fluctus sine noxa & indemnes euaserunt.

Ccccc Salo-

Bessai tom. 3. de Sanctis.

1 Cor. 4.

Psal. 70.

Patientia S. Andreæ superat lapidum & æris duritiem.

Vlyssis fabula moraliter exposita.

Sap. 4.

Salomon huc visus est allo dere, cum in libro Sapientia scribit, *Exiguo ligno credunt homines anima suas, & transientes mare per ratem lberati sunt.* Scio ad litteram sermonem esse de iis, qui mare nauigant, fluctuumque ac ventorum inclementia se committunt, qui interim dum in naui versantur, non nisi duobus a morte absunt digitis, atque omnis illorum vita & incolunitas non nisi ab exiguo ligno ac tabula nauis dependet; sed allegorice de cruce Sapiens locutus est, quae in oculis quidem infidelium exiguum ac vile lignum est, & peccatoribus exolum, de quo Apostolus, *Verbum crucis percutibus quidem stulticia est, nobis Dei virtus est.* salus tamen ac liberatio in parue hoc ligno peragitur, suas omnis illi mundus credit animas, & sine illo salutem nemo ac sospitatem in Ecclesia agens nauis, & procellosum mundi huius mare enauigās, consequi potest.

1. Cor. 1.

Iudic. 9.

Exod. 4.

Exiguo hoc in tigillo sospes enatauit D. Andreas, tantum est in eo honorem consecutus, & martyrii lauream adeptus. Ad vile & contemptibile hoc lignum tanto gaudio aspirauit, hoc ipsum tanto honore est profectus, hoc denique tanto cum affectu salutando exclamauit, *O bona crux!* o sancta, ac sacra crux, crux plane regia, crux arborum omnium regina! quod rubus, olim in arborum regem delectus, liquido figurauit. *O bona crux,* crux venerabilis & adorabilis! antea quidem formidabilis & terribilis eras, sed te Iesus Christus modo bonam, illustrem, sanctam & admirabilem reddidit. Huius rei figura fuit virga illa Moysi, quae in terram abiecta in serpentem mutabatur, sed a Mose iterum recepta in pristinam redibat formam. Profecto crux maleficorum supplicio destinata, atque ita velut profana in terram inter reos abiecta; maledictum quid erat & ignominiosum; sed Iesu Christo dum inseruit, & in manus magni illius Prophetarum Regis recepta est, illustre quid, sanctum, gloriosum, ac diuinum facta est.

Hic ergo exitus, mors, passio, & gloriosum sanctissimi Apostoli huius fuit martyrium: haec patientia & inestimabilis S. Andreae generositas. Considerate eum obsecro Christiani, in crucem actum, ac biduo in eandem vi-

uentem. Perpendite (vt taceam supplicii grauitatem) poenarum longitudinem, dolorum continuationem, martyrii durationem, & quomodo hocce mors eum biduo oppugnet ac lancinet, nulla in aula noctu aut interdiu requie, tandemque violenter eger occumbere. Cogitate, carissimi, illius interim dum corpus tormentis exhauritur ac succumbit, animum tamen eodem tempore animabus conuertendis incumbere. Audissetis sc. illum e media cruce, veluti e cathedra doctorali, toto tempore verbum Dei praedicantem, veritate Evangelica infideles imbuentem, idololatrarum errores ac superstitiones coarguentem, Dei veritatem rationibus naturalibus astruentem, familiaribus verbis & cum ratione congruentibus salutis iter ostendentem, horrendis peccatores obduratos minis percellentem, ac spe & mercede certissima fideles & poenitentes consolantem.

S. Andreae praedicatio in cruce.

Sed quando o beate Apostole, o gloriose & triumphans martyr, in hac te cruce contem-
plor, videre mihi aliquem ex illis Angelis videor, quos Iacob in scala illa mystica in caelum ascendentes conspexit. Sed in hoc quam perfectissime te adimpleste comperio illud Seruatoris consilium, *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Tu enim vere primus omnium remetipsum abnegasti, crucem tuam sustulisti, non vti Simon ille Cyrenensis, qui eam quidem vna cum Redemptore portauit, sed in illa non exspirauit; sed eam ipse gestasti, & in eadem mortuus es, ac filium Dei secutus. Secutus es inquam vocantem, vt venires post ipsum, atque e piscium piscatore hominum fieres piscator. Secutus es quoque exemplo ac vitae imitatione, paupertatis votum edendo, vnicam charitatem respirando, mundi vanitate pedibus proterendo, terrena omnia contemnendo, & solam Patris celestis gloriam spectando. Toto etiam vitae tempore eius secutus es, eius partibus adherescens, cultui obsequioque; illius te dedicans, sacramenta eiusdem administrans, Euangelium annuncians, diuinitatem propugnans, Ecclesiae dilatacioni incumbens, deque vita illius ac miraculis vbique terrarum testimonium reddens. Secutus es denique illum in morte,

Matth. 16.

morte, eadem cum ipso morte decumbendo, eandem crucem tolerando, idem subeundo supplicium, eandem patiendo infamiam, iisdem denique tormentis te exponendo Felicitate tandem post hæc omnia securus es, velut Dominum fidelis famulus, ut ducem generosus miles, ut principem supplex cliens, ceu pastorem innocens ouicula, ut gubernatorem sapiens discipulus, secutus, inquam ad laborem, ad poenam, & crucem in hoc quidem mundo, sed in altero ad gloriam, ad requiem, ad felicitatem sempiternam; ad quam nos Pater, & Filius, & Spiritus S. perducere dignetur. Amen.

IN FESTO S. NICOLAI CONFESSORIS.

Partitio.

1. De abusu donorum Dei.
2. De parabola expositione hominis peregre proficiscentis.
3. De talentis.
4. De eorundem recto usu.
5. De S. Nicolai præclaris dotibus.

Homo quidam peregre proficiscentis, vocavit seruos suos, &c. Matth. 25.

FIGURA.

IOB Propheta iustitiam olim suam sine vlla tamen vanitate deprædicans, bona opera sua exaggerans, virtutes exaltans, & aduersus calumniantium insolentiã ac tela integritatis ac innocentie sue honorem propugnans, inter alia, velut primaria virtutis sue argumenta ac signa manifestissima, misericordie, quæ toto vitæ exercuerat tempore, opera producebat, dicebatque, *Oculus sui cæco, pes sui claudo, & pater eram pauperum.* Alio vero loco etiam amplius, *Ab infanzia creuit mecum miseratione.* Quasi diceret; iam inde à primis

annis, quantum excresecbam ætate, tantum eademque mensura mecum assurgebat: charitas & misericordia. Quidquid sanctus hic vir, non sine modestia tamen, in se, ac de se prædicauit, non minus nos de Nicolao quodam repetere possumus. Nam eadem charismata spiritualia, quæ in illius Propheta vita eluxere, non minus perfecta ac vera in huius Episcopatu dignitateque comparuerunt. Rectera enim non minus quam priscus ille Iobus oculus ac fax fuit cæco, ignorantes docendo, verbum Dei annuntians, animasque ad salutem exciando. Baculus etiam claudis, cum egenis auxiliatus, afflictos consolatus est, errantes in rectam semitam reuocauit, & imbecilles sua misericordia sustentauit. Vere quoque pauperum fuit pater, de suis eos facultatibus alendo, orphanos tuendo, puellas ob inopiam de castitate periclitantes nuptui tradendo, & alia sexcenta charitatis ac misericordie opera acutendo. Hæc illum virtus iam inde à pueritia comitata est: nam etiamnum puer tribus quothebdomadis vicibus ieiunans, ab vberibus ac lacte materno abstinerebat, & prout annis & corpore excreuit, ita sancta hæc virtus cum aliis plurimis in ipso sua sumpsit incrementum, auxit & increuit: nullus ut vir eo aut sanctior, aut præsal dignior vnquam extiterit. Equidem illius vobis hodierna die vitam describere, suisque ipsum expressum coloribus proponere decreui. A precibus ergo auspicemur, ac gloriosissimam precemur matrem, suo nobis ut auxilietur subsidio, salutationem illam sacram ab Angelo primum prolatam illi dedicantes:

AUE MARIA.

Non adeo noxium ac periculosum est diuinis carere beneficiis, quam iisdem iam acceptis male vti, eadem ad benefactoris sui Dei donis oppugnandum conuertere, suamque hoc patuti noxam ingratitudinem testari. Quid enim pro indignem fuerit, cælestibus donis & charismatibus cuiusmodi includit, mulari, si in tuum ea commodum non conuertas, sed iisdem abutaris? hoc scilicet diuinam maiestatem in fine offendit. Hinc Nathan Propheta, Regem Dauidem ob commissa